

Amibus percipite qui habitatis orbem

trium suorum usque metemum non videbit lu-
men. **H**omo cum in honore esset non in-
tellexit. comparatus est iumentis insipien-
tibus et filius factus est illis. *Ps... dauid...*

Deus deorum dominus locutus est. et vocavit
terram. **A** solis ortu usque ad occasum.
et syon spes decoris eius. **D**eus manifeste
veniet. deus iherusalem et non silebit. **I**gnis in cornu
spiritus eius exardescet. et incensum eius tem-
pestas valida. **A**d vocavit celum de sursum.
et terram discernere populum suum. **C**ongregate
sanctos eius. qui ordinant testamentum
eius super sacrificia. **E**t annuntiabunt celi
iustitiam eius. quoniam deus iudex est. **A**udi
popule meus et loquar tibi. et testificabor tibi
deus deus tuus ego sum. **N**on in sacrificiis
tuis arguam te. holocausta autem tua in
conspectu meo sunt semper. **N**on accipiam
de domo tua vitulos. neque de gregibus tuis
hyrcos. **Q**uia mee sunt omnes fere silua-
rum. iumenta in montibus. et boues. **C**og-
nam omnia volatilia celi. et pulchritudo
aeris in cornu est. **S**i esuriero non dicam

4
tibi mens est enim ovis tibi et plenitudo
eius. **N**unquid manducabo carnes tauro-
rum. aut sanguinem hyrcorum potabo. **I**mmola
deo sacrificium laudis. et redde altissimo vota
tua. **E**t immola mihi iudice tribulationis. eru-
am te et honorificabis me. **P**eccatori autem
dixit deus quare tu enarras iustitias me-
as. et assumis testamentum meum per os tuum.
Tu vero odisti disciplinam. et proiecisti sermo-
nes meos retrorsum. **S**i videris fure curre-
bas cum eo. et cum adulteris portionem tuam
ponebas. **O**culus tuus habundavit malicia.
et lingua tua concinnabat dolos. **S**edens
adversus fratrem tuum loquebaris. et ad filium
matris tue ponebas scandalum. **H**ec
fecisti et tacui. **E**xistimasti inique quod ero tui
silius. arguam te et statuiam contra faciem
tua. **I**ntelligite hec qui obliuiscimini diu
requando rapiat. et non sit qui eripiat.
Sacrificium laudis honorificabit me. et
etiam qui ostendunt illi salvare dei.
Non desere me deus. secundum *Ps dauid*